



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 56. S. Ignatius de proxima mortis suæ hora admonitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

malis ceterorum miseriis compati didi- **Sæcul. XVI.**
 cerat, ratus, quod Superior illorum, **A.C. 1556.**
 qui ei tanquam Patri suo subjiciuntur,
 necessitatibus ipsem et subvenire adstrin-
 gatur. Insuper Ignatii studium, quo pro-
 ximum fovebat, sese etiam ad captivos
 extendebat; quippe vix sensu compre-
 hendi poterat, quantos adhibuerit co-
 natus, quotve amicos sibi conciliare
 fategerit, ut quemdam Patrem natio-
 ne Gallum ex Hispania reducem, qui
 a Piratis Algerianis ad Siciliæ oram
 captus fuerat, in libertatem affereret.

§. LVI.

*S. Ignatius de proxima mortis suæ
hora admonitus.*

Ignatius cum piis hisce exercitiis *Orland.*
 intentus suas vires continuo ma- *hist. Soc.*
 gis deficere, vitæque suæ finem in- *l. 16. n. 93.*
 stare præsentiret, sui Scribæ Socium *& 94.*
 adesse jussit, eique veluti pro testamento *Bouhours*
l. 5. p. 421.
 quædam dictabat statuta, in quibus de
 obedientiæ virtute, necnon de debita
 erga Superioris voluntatem submissione
 agebat, cum illam veluti speciale So-
 cietatis insigne, animamque reputaret.
 Ab illo temporis articulo nonnisi de
 proxima mortis lucta cogitabat: tria
 vero, priusquam e vivis excederet,
 adimpleri exoptabat, & quidem primo,
 ut exercitationum spiritualium liber a

Ff 4

Sede

Sæcul. XVI.
A.C. 1556

Sede Apostolica approbaretur II. confirmaretur ejus Societas III. illius Constitutiones publici juris fierent: Votis autem hisce adimpletis unice dissolvi, & esse cum Christo cupiebat: cum autem die decima tertia Junii morbum ingravescere sentiret, Patrem Polancum, quem a secretis habebat, & Patrem Madridium a^lvocabat, eisque Societatis administratione commissa ipse ad villam, quam in Collegii Romani usum anno priori exstrui curaverat, fecessit, cum tamen ibi nullum malo levamen afferri deprehenderet, sed paulatim infirmitas augeretur, viresque decederent, ad urbem reduci petiit, ubi die vigesima octava Julii expiatis per Sacram confessionem maculis, sumptaque sacra Synaxi se^e morti accinxit, quamvis nec Medici, nec Societatis Patres adeo propinquæ mortis periculum instare crederent. Biduo post sole ad vesperam inclinato Patrem Polancum accersit Ignatius, jubetque adire summum Pontificem, eumque rogare, ut ipsi benedictionem Apostolicam largiat^{ur}. Verum Polancus, cum non minus, quam ceteri Ignatium de vita nondum periclitari existimaret, demandatum sibi negotium ad alterum diem remittebat, eo potissimum nomine, quod Medici impræsentiarum nullum existare signum

signum assererent, unde obitum inter- **Sæc. XVI.**
pretari liceat. **A.C 1556.**

§. LVII.

Ignatii præparatio ad mortem.

Postea spectabiliores hujus Collegii **Orland. n. 95**
tres, qui apud Generalem divorce- **& 96.**
bantur, inde tardius recedebant, atque *Maffæus vi-*
Ignatium solum relinquebant, spe freti, *ta S. Ignat.*
quod a nullo turbatus eo tranquilliori **l. 2. c. 23.**
quiete frui posset: ipse vero totam eam
noctem cum Deo suo dulcissime agens
insumebat, atque altera die de mane
iidem Patres ejus cubile ingredieban-
tur, qualiter noctem transegisset, scisci-
taturi: verum inveniunt illum jam ani-
mam pene quietissime exhalantem, at-
que in agone constitutum.

§. LVIII.

Pretiosa Ignatii mors.

Ad inopinati hujus casus rumo-
rem turmatim omnes concurrunt,
atque ægroto medicamen afferre festi-
nant, rati, illum non nisi mentis deli-
quium fuisse passum: attamen sanctus
Vir linquentem animam revocans mo-
ritura voce respondit: „Frustra sunt
„humana medicamina: „his dictis ad
cœlum oculos elevans, junctisque ma-
nibus Iesu nomen ingeminans placidissi-